



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xviii. Ad vlcus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

rum cochleare vnum; miscebis, & accipitri dabis ex hircina carne, in quam inferes hanc compositionē, pustulas tamen prius acicula compunges. Sunt qui os accipitris per triduum confricent digito, & ita sanum faciant. Vel betonicam tunsam & melli mistam accipitri dent. Betonica quadraginta morbos curat. Alij florem malic cotonei cum melle mixtum ex carne feruefacta dant accipitri. Nonnulli euphorbij, costi, singulorum siliquas duas, caryophylli grana quinque, croci semunciam, Scoriæ ferri siliquam, olei rosacei, vini boni, mellis, singulorum ligulas binas, piperis grana septem, vna contundunt & miscent; his ex carne qualibet datis alunt accipitrē quinq. dies, vel rosam cum oleo Hispanico, & melle, & vino bono commixtam contundunt, ex coque pascunt accipitrem.

*Remedium.*

**C**v m videbis accipitrem carnes minutatim dilaniantem, & oscitantem, passeris domesticos viuentes scissos melle conspersos edendos dabis.

*Ad ulcus.*

**S**i accipiter habet ulcus, ita ipsum curabis. Vini sextario, & aqua potabili calc-

factis fouebis accipitrem, atque hoc emplastrū adhibebis, quod recipit mastichæ, alumnis scissilis, resinæ albæ, singulorum vnciam, mel quod satis sit ad illa excipienda, vna misceto, ex hisque emplastrum facito. Ulcera tamdiu inunges, donec expurgata sint. Carnes edat quaslibet feruefactas, duntaxat à bubula abstineat : ramentum ferri excidens ex incude terito, cibrato, & ex carne suilla dato accipitri.

*Ad tumorem nuncupatum cælen.*

**T**VMORE nuncupato cœle laborantem accipitrem, ita curabis. Herbæ appellatæ galatæ, corianni radicis, singularum siliquas tres, piperis grana septem, radicum apij & prassi, singulorum siliquam, oleum rosaceum, & mel bonum pari mensura, dabis accipitri, & ad sanitatem perueniet.

*Remedium accipitris lente comedentis.*

**S**I accipitrem videoas lente edentem, & cibum in fauibus restitantem, scito ipsum afflictum esse ex labore laterum. Ita ipsum sanabis. Seminis apij, croci, nasturtij, euphorbij, singulorum siliquam, costi, medullæ ceruinæ, vini boni, corianni, cumini, singulorum siliquas binas : vnà conterito, ex coque medicamentum facito, accipi-

R iij